Quelle: https://manuscripta.at/?ID=889
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aliquociens autem aliter figura cornibus suis luna mox fuerit
alia quidem tercia. alia autem quarta. quod circa mensem as-
sistens pficit. Tenuis quidem cum pura fuerit. die serenitas erit.
Si autem tenuis non fuerit inuenta spiramine defenso & ob-
scuris cornibus quarta ex tercia lumen pallidum habens aut
austro obscuratos aut aqua iuxta erit. Si autem & ambobus
cornibus tercio die habens nec obtusa. nec supina apparuerit.
sed directa utrisq; cornibus circumaspexeris lucentes cornua
aduesp̄um non uenti in illa nocte feruntur: si autem sic erecta
in quarta die fuerit. tempestatem colligere docet. Si uero
cornibus spacium grande uisa fuerit. aquilonem ostendit.
Quando autem supina est austrum designat. Itaq; intercia
in circuitu uideris undiq; pallidiorem magis & tunc tempes-
tas erit. Maxima autem tempestas erit si rutilans apparue-
rit. Considerandum autem multiplici modo & utrumq; diui-
sum. Si quando fuerit aut in cornibus suis lucida & calore
significans mensis unius cuiusq; undiq; pura magis serenum
significat. Omnia autem ptractantes uidetur uentis iubere:
Alii autem aliter putant. quod cum plena fuerit pluuiam
significet. sic omnibus signis omnia designat. sed quanta in
tercia aut quarta computantes adbreuiauerunt ab ipsa di-
uisione donec ad ipsam significationem pueniat. Diuiso autē
mense statim item diminutionem patitur: Suscipitur autē
continente quarta mensis transacti. Si uero tercia transac-
ta per circuitum totam aream se circumdederit. aut tres
uel duos horum iacentes in orbe eius significat uenti
tranquillitatem putandam. Aut disruptione uentorum
deficiente traquillitate. si duo non adhuc tempestas
circumdat lunam. maior autem tempestatem
inducit. si tres se circumdederit areas
Magisq; nigrescere & disrumpe
re magis. & hoc qui
dem permanet lune
& satisfacit non
ita esse.